

De Parallelis circulis

Caput V.

Paralleli (qui & segmenta dicuntur) sunt circuli æqualem distantiam ex omni parte ab inuicem habentes, & nunq̄, si possent etiã ad infinitum protrahi, concurrentes. Quamuis paralleli ad libitum possunt describi, tamen (ad Ptol. imitationẽ) per certos tam in solida q̄ in plana telluris designatione, latitudinis gradus dispescimus, quod etiã in figura sequẽti arithmeticali seu tabulari apparet. Hac tamen intercapedine ab inuicẽ distant, vt dies vnus paralleli longissimus, superet paralleli alterius diẽ prolixiorẽ, quarta fere parte vnus horã. Eadem habitudine & reliquorum parallelorum distantia erit imaginanda, tam in parte Septentrionali q̄ meridionali.

Sequitur Schema diuisionis Parallelorum.

